


præsentabunt. His ita peractis idem circuitus in 24 æquales partes dividatur, & applicata ad sectionum harum puncta ipsi z k proxima, notentur intersectionum in t i puncta ubi scilicet regula intersecat æquatorem. Postea in alio plano secundum quantitatem z A rectæ describatur quadratum A B E F, in cuius B A & F E lateribus numerentur à B & F, in A & E intersectiones circulorum declinationum cum z k, quæ ab k in c uergunt, & per puncta numerationum ducantur equabiles ipsis B F & E A lateribus quadrati similes prioribus. In A E autem numerentur sectiones t A, sicut in quadrato A C D E factum est, ab A in E computando, & apposita ad sectionum puncta & B regula ducantur rectæ, quarum prior AB numero 6 signabitur, B E autem 12, & ita reliquæ ex ordine. Sectiones quoq; harum inter se depingentur in lineis æquabilibus æquatori t i, ut antea in prioribus, & puncta sectionū proxima z k inflexa aliquantulum linea connectantur, quæ quidē horarios circulos referent, incipiatq; numerus circa t & i puncta &c.



PLANI-